

in epistolam II ad Timotheum I

Incipit deuotissima expositio eiusdem angelici doctoris gloriosi thome aquinensis ordinis fratrum predicatorum super secunda epistola eiusdem sanctissimi pauli gentium apostoli ad Timotheum.

Docte et die

Mestu vrebatur et gelu. **Genes. 31.** Verba sunt iacob ostendentes et comedentes curam pastorem ac pastorem: le officium. **In quibus circa hoc officium tria ponuntur scilicet assiduitas: patientia sollicitudo.** Primum est quod sine intermissione deus curam gregis gerere. **Gen. 21.** Super speculam domini ego stans iugiter per diem: et super custodiam ego sum stans totis noctibus. **Uel per diem id est tempore prosperitatis: et per noctem id est tempore aduersitatis.** In quibus prelati debent respicere curam gregis. **2. Cor. 6.** Per arma iusticie a dextris et a sinistris etc. **Prover. 17.** Omni tempore diligit qui amicus est etc. **Secundum est quia maxime prelato patientia necessaria est.** Debet enim prelatus propter gregis salutem omnia sustinere. **1. Jo. 10.** Boni pastor animam suam dat pro ouibus suis etc. **Prover. 19.** Doctrina viri per patientiam nascitur. **Unde dicitur.** Estu id est seruoze instantis persecutionis. **1. Jac. 5. pmo.** Fortis est sol cum ardore et arefecit fenix etc. **Uel id est timore futuro. 2. Cor. 7.** Foris pugne in tus timores etc. **Tertium est quia preest in sollicitudine ut dicitur Roma. 12.** Et hoc expellit somnum negligentie. **Unde subdit Gen. 31.** Fugiebat somnus ab oculis meis. **Prover. 6.** Discurre festina suscita amicum tuum ne des oculis tuis somnum etc. **Beate ergo hec verba materie huius epistole conueniunt.** In prima enim instruit eum de ordinatione ecclesiastica. In hac autem secunda agit de sollicitudine tanta pastorali ut etiam martyrium sustineat pro cura gregis ut patet in prologo.

Capitulum primum

Paulus apostolus iesu christi per voluntatem dei secundum promissionem vite que est in christo iesu: Timotheo charissimo filio: gratia et misericordia et pax a deo patre nostro et christo iesu domino nostro. **Diuiditur autem hec epistola in salutationem et narrationem: secunda ibi.** Gratias ago etc. **Item primo ponitur persona salutans. Secundo persona salutata. Tertio bona operata. Persona salutans describitur ex nomine paulus quod sonat modicitatem quod ei competit propter humilitatem mentis et tribulationem que faciunt hominem paruum. In tantum quod christus de minoratus propter passiones. **Heb. 2.** Quia qui in modico ab angelis minoratus est etc. **Item ex dignitate quam primo ponit. Secundo dignitatis originem. Tertio fructum. Dignitas est magna quia est apostolus. i. missus a christo. **Luc. 6.** Elegit duodecim ex ipsis quos etiam apostolos nominant etc. **Hanc dignitatem adeptus est quod plus omnibus laborauit. 1. Cor. 15. et Gal. 2.** Qui operatus est petro in apostolatu circuncisionis operatus est et mihi inter gentes etc. **Uero apostolatus est voluntas dei. **Gen. 21.** Per voluntatem dei quam quidam preueniunt quia se ingerunt: contra quos dicit **Heb. 5.** Nemo assumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanquam aaron etc. **Item quidam pyrruntur propter peccata populi. **Job. 34.** Qui regnare facit hominem hypocritam pro-********

pter peccata populi etc. sed hic per voluntatem dei. **Ad dicitur** quod non per voluntatem suam. **Fructus autem non est aliquid terrenum sed secundum promissionem. i. ad consequendam vitam eternam promissa a christo. **Hic deus esse finis prelatorum. 1. Cor. 9.** Illi quidem ut corruptibile coronam accipiant: nos autem incorruptam. **Matth. 12.** Qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates etc. **Persona salutata est timotheus filius eius ab eo conuersus. **Act. 16.** Charissimus quia sibi vnam nimis. **Phil. 2.** Reminere habeo tam vniuersum etc. **Bona operata sunt tria scilicet gratia per quam est remissio peccatorum: misericordia per quam consequimur finale bonum. **Pax. **Gal. 1.** tranquillitas mentis: hec competit plato qui ad hoc ponitur ut pacem procuret. **Jo. 20.** Dixit dominus. Pax vobis. **Et precepit intrantibus domum pacem offerre ei ut habetur **Matth. 10.** **Et hoc a deo patre qui est dator omni boni. **1. Jac. 5. pmo.** Item a iesu christo qui est mediator in quantum homo dei et homo. **2. Jac. 5. pmo.** Per quem maxima nobis et preciosa promissa donauit************

Lectio secunda.

Gratias ago deo meo: cui seruo a parentibus meis in conscientia pura et sine intermissione habeo tuam memoriam in orationibus meis nocte ac die desiderans te videre. **Memor lachrymarum tuarum ut gaudio implear. Recordationem accipiens eius fidei que est in te non ficta: que et habitauit primum in auia tua loide: et matre tua eunice: certus sum autem quod et in te.**

Hic incipit epistolae narratio in qua primo munit eum contra presentes persecutiones. Secundo contra futura pericula ecclesie. 3. cap. ibi. **Hoc autem scito etc. Item primo inducit ad instantiam predicacionis que tunc erat causa et occasio persecutionis. Secundo hortatur ad sustinendam tribulationem propter christum ibi. **Tu ergo etc. 2. cap. Item primo commemorat bona ipsius timothei. Secundo hortatur eum ad usum bonorum per instantiam predicacionis ibi. **Per quam etc. Tertio ponit se in exemplum ibi. **In quo positus sum etc. Item primo ponit affectum quem habebat ad timotheum. Secundo ponit bona huius que prouocabant eum ad hominum affectum ibi. **Memor etc. Affectus ostendit per duo scilicet per orationem et desiderium. **Et ideo gratias agit deo de affectu quem habet ad timotheum quia est charitatis et charitas est principale donum. **Quasi dicit. **Reputo me gratiam persecutoris que sic sincerum affectum habeo ad te. **Et dicit. **Deo meo cui specialiter seruo a parentibus meis: non a parentibus carnalibus: quia primo **1. Thim. 1. Christus venit peccatores saluos facere quorum primus sum ego: sed seruitio deriuato a parentibus meis. scilicet patriarchis et prophetis qui deo sincere seruiuerunt. **Et dicit a parentibus: quia filius facilius imitantem perfectionem paternam: quam qui instruitur ab eis ut thobias: tunc qui etiam homo facilius imitatur amicos. **Et quod seruo eis: **In conscientia pura: quia ut habet **Abac. 1.** **Quid sunt oculi tui domine ne videant malum et respice re ad iniquitatem non poteris etc. 2. Cor. 5. pmo. **Stia nostra hec hec est testimonium conscientie nostre. **De quo agit gratias: quia sine intermissione siue die prosperitatis siue nocte aduersitatis oro pro te. **Item ex desiderio. id dicit. **Desideras te videre. scilicet propter consolatores vtriusque. **Ro. 1.** **Desidero cum viderem vos etc. **Deinde cum dicit. **Memor etc. ostendit bona que erant in timotheo. **Et primo commemorat affectum eius ad se. **Secundo fidem ad deum ibi. **Recordationem etc. **Dicit ergo. **Memor lachrymarum quas effudit quando discessit ephesum ab eo paratus ad martyrium. **Uel lachrymarum quas fudit in orationibus: et hoc ut gaudio implear. i. hec memoria replet me gaudio **Phil. 2.** **Implete gaudium meum etc. **Item memor fidei ad deum. **Et**

Explanatio sancti Thome

dem eius. primo commemorat. Secundo ostendit eam a parentibus derivatam et non novitiam. Dicit ergo. Recordationem et. Fides necessaria est prelati qui est fidei custos. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Et dicit. Non ficta. Vera enim pro opera bona est. Jac. 2. Ostende mihi sine operibus fidem tuam: ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. 1. Tim. 1. Finis precepti est charitas etc. Sap. primo. Effugiet fictum etc. Et hec non nova: sed habitavit primum in auita tua etc. Act. 16. dicit quod fuit filius mulieris vidue. Tertius autem vel per revelationem vel per indicia quod in te.

Lectio tertia.

Propter quam causam ammonet te ut resuscites gratiam dei que est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris: sed virtutis et dilectionis et sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium domini nostri: neque me vincatur eius: sed collabora euangelio secundum virtutem dei qui nos liberavit et vocavit vocatione sua sancta: non secundum opera nostra: sed secundum propositum suum et gratiam quam data est nobis in christo iesu ante tempora secularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem salvatoris nostri iesu christi. qui destruxit quidem mortem: illuminavit autem vitam et incorruptionem per euangelium.

Supra promittit ei de bonis gratiis: hic hortatur ad usum gratiarum sibi datorum precipue predicacione euangelij. Et primo monet generaliter ad usum date sibi gratie. Secundo specificat quod illi sit usus gratie ibi. Noli itaque erubescere etc. Tertio primo ponit monitionem. Secundo etiam rationem ibi. Non enim dedit nobis etc. Dicit ergo. Fides non ficta in mente et auita et in te est. Propter quam causam etc. Gra vel est sicut ignis qui quando obrepatur vel humanum timorem. In timothee effectus pusillanimitatis torpuit circa predicacionem. Et ideo dicit. Reluscita gratiam sopitam. 1. Thes. 5. Spiritum nolite extinguere. Et addit. Que est in te per impositionem manuum mearum a quibus ordinatur erat episcopus. In qua manuum impositione data est ei gratia spiritus sancti. Deinde cum dicit. Non enim etc. ponit rationem monitionis et sumit ex conditione divinorum munerum. Qui enim accipit munus operatur secundum congruentiam muneris: ergo secundum conditionem divinorum munerum debemus deo servire. Est autem duplex spiritus huius mundi. Et horum distinctio est: spiritus enim significat amorem quod nomen spiritus impulsione imponitur: et amor impellit. Duplex autem est amor: scilicet dei et hic est per spiritum dei et amor mundi et hic est per spiritum mundi. 1. Cor. 2. Non enim accepimus spiritum huius mundi etc. Spiritus sunt mundi faciunt amare bona mundi et timere mala temporalia: et ideo dicit. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris sed mundant: quia hinc deus aufert a nobis. Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus etc. Est alius spiritus timoris domini et sanctus et iste facit ut timeatur deus: hic autem est sine pena et sine offensa et hic est a deo. Mat. 10. Timeate eum qui potest animam et corpus perdere in gehennam. Et addit: sed virtutis quod per spiritum sanctum dirigimur in malis et hoc per virtutem scilicet fortitudinis contra adversa mundi. Luc. 11. Sedete in civitate donec induamini virtute ex alto. Tertio dirigimur in bonis quod quantum ad affectionem ordinamur per dilectionem charitatis duos quos omnia que colligit refert in deum. In dicit sed dilectionis. 1. Re. 3. Qui non diligit manet in morte. Tertio quod ad bona

exteriora et ideo dicit. Et sobrietatis id est omnes temperantie servando debitum modum et mensuram: ut scilicet temperate vivatur bonis mundi. 1. Thes. 2. Sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo etc. 1. Thes. 3. Soporiet enim est irreprehensibile vniuersi vroris virum sobrium etc. Deinde cum dicit. Noli etc. specificat usum gratie: et primo excludit contraria huic usui. Secundo hortatur ad usum gratie ibi. Sed collabora etc. A solita autem predicacione poterat impediri propter duos. Primo per erubescencia. Secundo ex parte apostoli quam patiebat propter euangelium: et ideo quod ad primum dicit. Noli itaque scilicet ex quo habes spiritum fortitudinis erubescere etc. Predicatio enim christi si referatur ad sapientiam mundi videbitur stulta vnde erubescencia habere videbat. 1. Cor. 1. Nos autem predicamus christum crucifixum iudeis quidem scandalum: gentibus autem stulticiam etc. Ro. primo. Non enim erubescit euangelium. Luc. 9. Qui me erubuerit et meos sermones hinc filii hominis erubescet etc. Quantum ad secundum sciendum est quod si latro videt aliquem suspensum erubescit se confiteri socium eius. Sic quod apostolus erat vincens poterat eum timothee erubescere: et ideo dicit. Mecum me vincit etc. Ephe. 6. Pro quo legatione fungor in casthana. Eccl. 4. Non reueraris proximum tuum in casu suo etc. Deinde cum dicit. Sed collabora etc. hortatur ad usum gratie et primo in generali. Secundo ostendit ex qua fiducia hunc usum aggreditur ibi. Secundum virtutem etc. Hic manifestat quod dixit ibi. Non secundum etc. sed collabora. Dicit ergo ne erubescas sed simul mecum labora. 1. Cor. 3. Unuiusquisque pro propria mercede accipiet. Et dicit euangelio quod potest esse ablatiui casus et hic est euangelio predicando dativi casus et sic ad laudem euangelij et ut scilicet crescat. Sap. 3. Honorum laborum gloriosus est fructus etc. Et hoc cum fiducia non propria quod non sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis: quasi ex nobis etc. Sed secundum dei virtutem id est habendo fiduciam de virtute dei. Eccl. 40. Qui dat lassum virtutem et his qui non sunt fortitudinem et robur multiplicat. Hec virtus manifestat per duos scilicet spiritum ad effectum quod liberamur a malis. Et ideo dicit. Qui nos liberavit. 1. Thes. 5. Liberavit nos de manu inimici et insidiatoris in via. Ro. 8. Si filius vos liberauerit et quantum ad hoc quod vocat nos ad bona. Et vocavit vocatione sua sancta: quia vocat ad sanctificandum. Ro. 8. Quos predestinavit hos et vocavit. 1. Thes. 2. Qui de rebus nebris nos vocavit in admirabile lumen suum. Et manifestat quedam que dicit dices. Non secundum opera etc. ubi ostendit quod per virtutem dei liberati et vocati sumus non per humanam. Et primo ostendit causam vocationis nostre et liberationis esse a deo. Secundo processum causae ibi. Que data est etc. Tertio promittit datorum cause scilicet gratie et eius conservacione ibi. Qui destruxit etc. Dicit ergo vocavit non per nostram virtutem quod scilicet non per opera nostra que sunt effectus virtutis. 1. Thes. 3. Non ex operibus iusticie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit etc. sed virtutis eius. Est autem duplex causa humane salutis que est a deo. Una est eterna scilicet eius predestinatio. Alia est temporalis scilicet gratia iustificans. Quantum ad primum dicit. Secundum propositum id est predestinationem que est propositum miserendi. Ephe. primo. Operatur omnia secundum propositum voluntatis sue. Ro. 8. His que secundum propositum vocati sunt sancti etc. Quantum ad secundum dicit. Et gratiam. Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius etc. Circa processum gratie primo ostendit quod est preparata gratia. Secundo quod collata. Tertio per quem. Primum ostendit cum dicit. Que data est etc. i. prout est nobis dari ante tempora secularia sicut dicit per hunc. Seculum nihil aliud est quam mensura durationis aliquarum rerum: vnde diuersa secula diuersa sunt etates hominum. Unde vnum seculum durat mille annis quia homo videt vivere quantum est in memoria hominum que non excedit mille annos. Tempora ergo secularia sunt que mensuratur res mutabiles et hec inceperunt cum mundo sed predestinatio ante mundum. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante

in epistolam II ad Timotheum I

constitutionem mundi etc. Et dicit. In xpo ie su: quia nō sumus electi vt saluemur p̄p̄rijs meritis: sed per gratiā xp̄i: quia sicut p̄destinatio salutem nostram ita modum salutis nostre. Job. p̄mo. Gratia et veritas per iesuz xp̄m facta ē: S; hec p̄destinatio prius erat occulta sed nūc est manifesta: et quomodo: sicut p̄ceptus cordis per opa: unde nunc in effectu operis suis electis manifestavit p̄ illuminationē p̄p̄rie loquit̄. manifestare enī est in lucē ducere Job. 18. Abscondita p̄duxit in lucem. Sic ergo manifestata ē per hoc q̄ misit xp̄m nos illuminantē. Esa. 60. Surge illuminare hierusalem quia venit lumen tuum. etc. Lucē p̄mo. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent etc. Deinde cum dicit. Qui destruit etc. commendat xp̄m illuminatorem et primo ei virtutem quantum ad mala que abstulit. Secūdo quantum ad bona que cōtulit. Dicit ergo xp̄s p̄pter hoc q̄ p̄ nobis passus fuisse deo pro peccatis nostris. p̄mo Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus ē etc. Et peccatū erat causa nostre mortis corporalis Roma. 6. Stipēdia enim peccati mors: et ideo destruendo peccatum destruxit mortem. Dicit. 13. Ero mors tua o mors etc. Cōtulit etiam perfecta bona. primo anime in presenti p̄ gratiam fidei. Abac. 2. Iustus meus ex fide vivit. Sed ē imperfecta hec vita sed perficietur in gloria. Jo. 17. Hec ē vita eterna vt cognoscant te etc. Secūdo mortalitatem carnis resistentem ex gloria aie. i. Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem etc. Job. 10. Ego veni vt vitam habeant sc; iam per gr̄am et abundantius per gloriā in futuro. Itē ibidē. Dis qui vivit et credit in me nō morietur in eternū.

Lectio quarta.

In quo positus sum ego p̄dicator et apostolus et magister gentium. Ob quā cām etiā hec patior sed nō confundor. Scio enī cui credidi et certus sum: qz potēs ē depositū meū servare in illū diē. Formā habe sanorū verborū que a me audisti in fide et in dilectione in xpo iesu. Bonū depositū custodi p̄ spiritū sanctū qui habitat in nobis. Scis enī hoc q̄ auersi sūt a me oēs qui in asia sunt: ex quibus ē philetus et hermo genes. Det misericordiā domin⁹ one sifori domui: quia sepe me refrigeravit et catenā meā non erubuit: sed cū romam venisset sollicitate me q̄sivit et inuenit. Det illi dñs inuenire misericordiam a deo in illa die. Et quanta ephesi ministravit mihi: tu melius nosti.

Supra monuit ad sollicitā xp̄i predicationem: hic inducit ad hoc per sui exemplum et primo ponit hoc. Secūdo inducit ad sui sequelam ibi. Formā habens etc. Tertio ostendit sequendi necessitatem ibi. Scis hoc etc. Itē primo ponit suū officiū. Secūdo ostendit que patitur pro sui officij executione ibi. Ob quā causam etc. Tertio spei certitudinem ibi. Scio enim etc. Describit autem officiū suum tripliciter: quia dicit se predicatorem ad excitādū ad bonos mores. infra. 4. Predica verbum. in ista oportune impotente etc. Mar. ultimo. Predicate euāgelium omni creature etc. Apostolū ad regendū eccliam qz apozoli sunt prelati ecclesie. Gal. 2. Qui operatus ē petro i

apostolatū circumcissionis operatus ē et mihi inter gētes etc. Et magistrum institutū ad docendū fidei sanitatem et cognitionē dei. i. Timo. 2. Doctor gentium in fide et in veritate. Jobel. 2. Filij syon exultate et letamini in dño deo nostro qui dedit vobis doctorem iusticie etc. S; dicit in quo positus sū ego etc. Abi nota tria. Prio qz ipse nō assumpsit sibi sed ab illo positus ē Heb. 5. Nemo assumpsit sibi honorē sed qui vocatur a deo tanq̄ aaron etc. Scio in positione designat̄ ordo: item firmitas quia finem ordinem rōnis institutus firmiter mansit. Job. 15. Posui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat etc. Iudic. 5. Stelle manentes i ordine et cursu suo Deinde cum dicit. Ob quā cām etc. ostendit que patitur pro sui officij executione dicens hec aduersa patior: sc; vincula et tedia: et hoc pro fide xp̄i: infra. 2. Laboro vsq; ad vincula etc. Et dicit ob hanc cām qz pati simpliciter nō ē laudabile sed p̄pter iustam cām. Mar. 5. Viri qui persecutionem patiuntur p̄pter iusticiam etc. Et id nō ē ei ad confusionē qui patit̄ p̄pter iusticiā. i. Pe. 4. Nemo vestrū patiat̄ quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor: si autē vt christianus non erubescat etc. Act. 5. Ibant apostoli gaudētes etc. Deinde cum dicit. Scio etc. ponit certitudinē spei: que facit eum non cōfundī etiā hec puenit ex magnitudine dei p̄mittentis. Et ideo dicit. Cui credidi etc. Et nota qz vno modo credere ē actus fidei et ē sensus. Scio etc. id ē scio qz ille qui promisit ē verax et potens ad reddendā vitam eternam quā repromisit homini fideli existenti. Sed cōtra ex hoc sequit̄ qz eadē est scia et fides et idem ē scitus et creditū qd ē impossibile quia de rōe sciti ē qz videat̄: de rōne crediti qz nō. Respondeo in fide duo sunt sc; id qd credit et ille cui creditur. De eo qd creditur nō pot̄ eē scientia quia sic perderet crediti rōnem sed de eo cui credit est scientia quia per euidentissimā rōnem ē scitum qz deus ē verax. Et sic dicit Cui credidi. i. Jo. 4. Nolite omni spiritū credere: sed probate spūs si ex deo sunt. Pro. 14. Innocēs credit omni verbo etc. Alio modo dicit credere fidei eius cui cōmittit rem suā et hic sensus ē verus: quasi dicat. De spm. labores et possessiones credidi. i. cōmisi deo: scio qz potens est depositū meum servare etc. Et nota qz depositū dicit dupliciter. Vno modo qd ego deponui. Et sic hō deponit apud deū salutē suā qm se deo totū cōmittit. i. Pe. 5. Vram sollicitudinē vram in eū p̄sidentes qm ipi cura est de vobis etc. ps. Facta sup vrim curā tuā et ipse te enutriet etc. Itē deponit opa sua qm sc; nō statim recipit remunerationē suā sed in postē. Et sic qui bñ facit deponit illud apud deū: et hoc vsq; in illum diem quando indicabit occulta hominū: quia tunc reddet deus mercedem laborum suorū. i. Sap. 10. et Esa. 3. Dicit iusto qm bene. quoniam fructū adinventionū suarū comedit etc. Vel depositū id ē qd penes me positus ē sc; officiū euangelij. Act. 9. Has electōis ē mihi iste vt portet nomē meū etc. Etiā de⁹ ē potens cōseruare suū aplm vsq; ad mortē suam. Deinde cū dicit. Formā hīs etc. inducit ad seq̄lā sui et ē duplex littera. Vna dicit̄ habere: altera hīs. Si dicit hīs sic prio ponit idoneitatē quā pponit timotheo ad imitandū exemplū apli. Secūdo hortatur ad imitandū ibi. Bonū depositū etc. Apostolus autē bonā idoneitatē habuit fm duo. s. fm eruditionem quantum ad cognitionē. Et id dicit. Sanorū verborū etc. Itē fm virtutem. Tñ dicit. In fide et dilectōe. Dicit ergo. Nō potes te excusare si patienter te non habeas vsq; ad vincula sicut ego: qz tu es habens formam sanorum verborum scilicet que non continent falsitatis corruptionem. Titum. 2. Loquere que decent sanam doctrinam. Et dicit doctrina sana nō corrupta effectiue quia nos sa

Explanatio sancti Thome

hos facit. **Et addit.** **Qua** me audisti: quasi dicitur non es deceptus quia hoc tibi tradidi quod a christo audisti. **1. Cor.** 15. **Ego** enim accepi a domino quod et tradidi vobis. **Luce** 10. **Qui** vos audit me audit et. **Et** hoc in fide et dilectione quia si aliquis omnia verba sana sciret et non crederet non esset idoneus: nec etiam diligeret quia de facili recederet a doctrina vel per adversa vel per prospera. **Heb.** 11. **Sine** fide impossibile est placere deo **1. Job.** 3. **Qui** non diligit manet in morte et. **Et** hoc in christo iesu quod vera fides est eorum que christus docuit et vera dilectio est in christo qui dedit spiritum sanctum pro quo deum diligimus. **Hec** igitur habens custodi bonum depositum quod scilicet dedi tibi id est officium predicationis ut nunquam a veritate recedas nec propter timorem officii predicationis villo tempore dimittas. **Prover.** 4. **Omni** custodia serva cor tuum et. **Prime** **1. Tim.** 6. **Timothee** depositum custodi et. **Et** hoc custodi bono adiutorio scilicet per spiritum sanctum. **Prime** **1. Cor.** 3. **Nescitis** quia templum dei estis et spiritus dei habitat in vobis et. **Secundum** aliam litteram monet ad duo. **Primo** ad sanam doctrinam. **Secundo** ad perseverantiam in ea in fine quam dico et quando non imitatur. **Deinde** cum dicit: scis hoc et. ostendit necessitatem monitionis ex defectu et profectu aliorum. **Quando** enim aliquis videt aliquos sociorum suorum proficere et aliquos deficere nititur sequi bonos. **Et** ideo primo commemorat deficientes: scilicet proficientes ibi. **Dei** misericordiam et. ostendit ergo quid custodiat alius est periculum. **Prime** **1. Cor.** 10. **Qui** se existimat stare videat ne cadat et. **Et** ideo dicit. **Et** in fallacia erant pleni simulate enim fuerat apostolus scilicet addisceret unde faceret calumniam apostolo. **Iti** ergo qui sunt adversi a fine sunt modo in alia inter quos seipue sunt isti duo qui convulsi sunt per iacobum. **Deinde** cum dicit. **Dei** misericordiam et. ostendit aliorum profectum et precipue cuiusdam onesiphori commemorans. **Primo** bona que sibi contulit rome. **Secundo** que in asia. **Item** primo optat ei dei misericordiam. **Secundo** ostendit meritum misericordie. **Tertio** tempus misericordie. **Primum** cum dicit. **Fide** misericordiam et. **Recte** optat ei misericordiam quia presens vita miseria est **1. Job.** 14. **Homo** natus de muliere brevis vivens tempore: replet multis miseriis et. **Dicit** dei non solum persone sed familie quia propter bonitatem unius deriuatur gratia ad totam familiam. **Mat.** 10. **Si** quidem fuerit domus illa digna veniet pax vestra super eam et. **Meritum** autem misericordie est misericordia quam habebat in apostolum. **Unde** dicit: quia sepe me refrigeravit: scilicet quietem prestando. **Mat.** 5. **Beati** misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. **Ecc.** 18. **Honne** ardorem refrigerabit ros et. **Ps.** 116. **Viscera** sanctorum requieverunt pro te frater et. **Et** cathenam meam et. **infra.** 2. **Laborem** ad vincula: quasi male operans et. non erubuit sed cum roma venisset sollicitus ut amicus quesivit. **Ecc.** 6. **Si** possides amicum in reparatione posside illum et. **Prover.** 17. **Omni** tempore diligit qui amicus est et. **Optat** autem misericordiam futuri seculi cum dicit. **In** illa die in qua scilicet dominus iudicabit omnes quoniam misericordia est necessaria: non solum autem rome sed et ephesi. **Et** ideo dignus est divina misericordia.

Capitulum secundum.

Ergo fili mi confortare in gratia quam est in christo iesu: et que audisti a me pro multis testes: hec commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt et alios docere. **Labora** sicut boni miles christi iesu. **Nemo** militans deo implicat se negotiis se-

cularibus ut ei placeat cui se probavit. **Nam** et qui certat in agone: non coronabitur nisi legitime certaverit. **Laborem** agricolam oportet primum de fructibus accipere. **Intellige** que dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.

Supra induxit timotheum ad diligentem evangelii predicationem: inducit eum hic ad constantem tolerantiam martyrii. **Et** primo inducit eum a sustinenda passione pro salute fidelium. **Secundo** docet eum qualiter resistat infidelibus. **Ibi.** **Noli** verbis et. **Iti** primo inducitur preparatio ad martyrium sustinendum. **Secundo** exhortatio martyrii ibi. **Memor** esto et. **Preparatio** martyrii permittit quantum ad tria. **Primum** est animi fortitudo. **Secundo** est bonorum dispensatio ibi. **Et** que audisti et. **Tertium** est fructuosus militie labor ibi. **Labora** et. **Requiri** autem ad martyrium animi fortitudo que est circa pericula mortis: et ideo dicit. **Tu** ergo fili mi scilicet que per evangelium genui confortare in gratia: **ps.** **Viriliter** agite et confortetur cor vestrum et. **no** in te scilicet cuius fortitudo est vana sed in deo. **Ephe.** 6. **Confortamini** in domino et in potentia virtutis eius et. **In** gratia. **i.** gratuito dei dono pro christo. **Jo.** 1. **Gratia** et veritas per iesum christum facta est et. **Secundum** est dispensatio bonorum. **Circa** quod notandum est quod quando aliquis adducit ad mortem disponit de suis. **Non** ergo minus debet esse sollicitus scilicet de bonis spiritualibus sibi creditis quod non dispereat post eorum mortem sed alijs credant: et ideo monet eum ut si ad martyrium venerit quod dispense doctrinam fidei. **Et** primo ponit quod accepit quod pro auditu. **Unde** dicit. **Qua** audisti iussu a me et ego a christo. **Et** dico a me non singulariter sed communitate firmata pro multis testes id est pro legem et prophetas **Ro.** 3. **Testificata** a lege et a prophetis et. **Et** pro apostolos. **1. Cor.** 15. **Sicut** enim ego sine illi sic predicavimus et sic credidistis et. **Hec** commenda in quantum sunt accepta. **Sap.** 7. **Qua** sine fictione videlicet sine invidia coico et. **Fide** libus hominibus: ut scilicet querat lucrum temporale sed gloriam dei. **1. Cor.** 4. **Dic** iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur et. **Mat.** 24. **Fidelis** servus et prudens que constituit dominus super familiam suam et. **Iti** qui sunt idonei ad dispensandum. **Debet** autem esse idonei tripliciter. **Primo** intellectu ut sint sapientes ad intelligendum. **Luce.** 21. **Ego** dabo vobis os et sapientiam et. **Iti** linguarum ut facundi ad docendum. **Isa.** 50. **Dominus** dedit mihi linguam eruditam ut sciam suscitare eum qui lassus est verbo et. **Iti** ope quod cepit iesus facere et docere. **Act.** 1. **Deinde** cum dicit. **Labora** et. ponit tertium scilicet legitimum militie labor ad quem primo hortat. **Secundo** ponit laboris primum ibi. **Nam** et qui et. **Tertio** militie stipendia. **Laborem** et. **Iti** primo hortat ad legitimum laborem. **Secundo** exponit quis labor sit legitimus ibi. **Nemo** et. **Dicit** ergo **Labora** et. **Est** autem tripliciter aliquid miles christi. **Primo** in christi pugnat contra peccata. **Job.** 7. **Militia** est vita hominis super terram et. **4.** **Cunctis** diebus quibus nunc milito expecto et. **Et** hec pugna est contra carnem mundum et diabolum. **Ephe.** 6. **Non** est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem et. **Secundo** est aliquid miles christi pugnando contra errores. **2. Corinthio.** 10. **Arma** militie nostre non sunt carnalia: sed potentia deo ad destructionem munitionum consilia destruentes et. **Tertia** est militia martyrii contra tyrannos. **Et** hec est laboriosior. **Jo.** 25. **Unquid** est numerus militum eius. **Et** non debet quietescere miles quia dicitur a militia sustinenda. **Deinde** cum dicit. **Nemo** et. exponit quid sit legitimus labor. **Et** primo inducit eum ad laborem. **Secundo** ostendit qualis debet esse bonus miles ibi. **Et** ei pla-